

prinitate (etsi viderent Dei erga illos tot tantaque mirabilia, quæ patrata in , & post captivitatem, igitur non fecit taliter omni natione dispergerentur, ut postea lapsi & relapsi disperi) dicit illis Moyse pericula, ruinam, ac crimina idololatriæ.

24 Supposita itaque Tautologie materia, exponenda etiam erroris illorum forma.

Sedal. *Iam satis humanis erroribus addita monstræ Riformis, aut tales potius deservimus actus. Nunc ceptam iuvat ire viam.*

Dicam ex Sedulo lib. 1. *Carmen*, vers. 279. *Ne adores (dicit Moyse) errore deceptus, & cum duplex sit species idololatriæ, ut vidimus; præmittit: Ne forte elevatis oculis ad cælum. Fortè, tamen si sepe in Scriptura non notat ambiguitatem, sed certitudinem, ut*

Fortè pro certò. *Matth. 11. 23. de Sodomis dicit Servator: Si facta fuissent virtutes, qua facta sunt in te, fortè mansissent. & Ioann. 4. 10. 48. 8. 19. Luc. 20. 13. ac alijs in locis, de quo vide Hieronym. in 5. Jerem. 2. Ezechiel. & 21. Matth. Theophilact. in 20. Luc. lanten. in*

Matth. *Concord. cap. 47. & 77. ac Cantapetrenf. Hypotipof. 5. (serè usus apud profanos. Confule Passeratium multiingrà eruditione exponentem in lib. 2. Propert. eleg. 9. 3. 20. vers. 6-4. 11. vers. 31. Unde illud Ovidij tritum:*

Ovid. *Si crimen erit, crimen amoris erit)*

Pro calu. *In præsentiarum, idem est, ac fortuitò: si contingit, elevare ad cælum oculos, & videris splendentia luminaria; ne traharis in sensum reprobum, ut adores, quasi essent numina, nec commutes veritatem Dei in mendacium, serviens creaturis, quasi Creatori, traditus in pàsiones ignominia. Imò fargas in contemplationem artificis. Hinc Boëtius de Consolat. Philosf. lib. 1. metr. 5. vers. 1.*

O stelliferi Conditor orbis, Qui perpetuo nixus solio, Rapido cælum turbine verfas, Legemque pati sidera cogis, Totis fratris ut obvia flammis, Condat stellas Luna minores, Nunc obscuro pallida cornu Phebo propior lumina perdat!

Boëtius. *Similiter Athenienses quia Numen, ut Numen est, nullo modo in suis Dijs inveniebant, Deo Ignoto sacrarunt aras; quia cognoscebant ignorare, & intelligebant non cognoscere: igitur intellectus in falsitate non quiescit. Quare, fortè signat quod fieri potest, & fieri non potest, pendens à nostra voluntate, & arbitrio. Spretis idolis serpentium, & volucrum, si fortè elevatis oculis in cælum, videris Solem pulcherrimum & cætera astra lucidissima, Auctorem cogita. Non te decipiat pulchritudo ac utilitas, quippe error est, & tendit in erratum; quandoquidem cuncta tibi data in ministerium. Intende in veram Deitatem, ut in artificie veneris amplam, veram, infinitam pulchritudinem. Accinit Boëtius ubi dudum lib. 3. metr. 9.*

Deus que fecit regit. *O qui perpetua mundum ratione gubernas! Forma boni, livore carens, tu cuncta superno Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimum ipse, Mundum mente gerens, similique ab imagine formans.*

Ador. 17. 23. *Solus est ille Deus, qui facit mirabilia solus. Qui præcipit Soli & non oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo: qui illarum multitudinem numerat, & omnibus eis nomina vocat: qui extendit cælos solus, & graditur super fluctus maris: qui facit Arcetum, & Oriona, & Hyadas, & interiora Aultri.*

Pulcherrim pulcherrim. *25 Quare igitur geminetur error in deceptione, vel in errore deceptio, cum sententia sensus perspicue claret, dicendo: Ne forte deceptus erres: vel, Ne forte errando adores; opera pretium erit tunc exponere, uti Tautologie intentum, De errore ob intellectus lesionem, egimus Tom. 3. T. 2. D. 6. à n. 6. De erroribus sensuum, Tom. 2. T. 8. à num. 9. Unde eodem sensu, quo deficientibus spiritibus visualibus ob inopiam nutrimenti, dicuntur tenebræ oculatorum, & dum alimento fovetur stomachus, oculatorum illuminatio, Hispan. *No ve los buitos de hambre. Ya, buelto en si, distingue.* Ita qui vel iracundiâ, vel ebrietate perturbantur, spiritu vel nimis igneo, vel nimis crudo, nihil etiam intuentes discernunt, & quandoque obvia uti gemina vident. Plura dixi Tom. 2. Tautolog. 8. à num. 9. & Tom. 3. T. 2. D. 6. num. 13. & Tautolog. 12. D. 6. à num. 8. accipe alia. Horat. lib. 2. Satyr. 1. vers. 24.*

Boëtius. *Unde obiecta videantur gemina vel multiplicita:*

Unde obiecta videantur gemina vel multiplicita.

Unde obiecta videantur gemina vel multiplicita.

Unde obiecta videantur gemina vel multiplicita.

Unde obiecta videantur gemina vel multiplicita.

Unde obiecta videantur gemina vel multiplicita.

Unde obiecta videantur gemina vel multiplicita.

Unde obiecta videantur gemina vel multiplicita.

Unde obiecta videantur gemina vel multiplicita.

Unde obiecta videantur gemina vel multiplicita.

Unde obiecta videantur gemina vel multiplicita.

Unde obiecta videantur gemina vel multiplicita.

Unde obiecta videantur gemina vel multiplicita.

Quid faciam? Saltat Milonius, ut semel isto Accessit furor capiti, numerusque lucernis.

Horat. *Erasm. in Adag. lib. 8. E duobus tria vides. Lactant. de Opif. cap. 9. Furiosus & ebrius omnia duplicia videntur. Seneca Epist. 83. Incertos oculos. Causam videris apud Athenas lib. 10. Lucretius lib. 2. à v. 449. tribuit opinioni animorum, vel tenacitati phantasia ex semel apprehensis. Unde dum, quæ videntur, non accipiuntur, ut sunt, sed prout apprehensa, aut cogitata; claret intuitum vel languor, vel furor, de quo Tautolog. 7. Sic ironice Zebul, qui sequebatur partes Abimelech, dixit ad Gaal, Judic. 9. 36. Umbras montium vides, quasi capita hominum, & hoc errore deciperis. Vernaculè: Alucinarfe. Error ut in plurimum nihil aliud est, quam exlimateio, & approbatio veri pro falso, certè pro incerto & eontrâ, vel aliquid factum præter intentionem, ut Genes. 43. 12. Ne fortè errore factum sit. Itai. 30. 10. Qui dicunt videntibus, Nolite videre: & aspicientibus, Nolite aspiciere nobis ea quæ recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Quod Ierem. Thren. 2. 14. Viderunt tibi falsa, & stulta. Matth. 24. 24. Ita ut in errorem inducantur. Quare licet dicatur sæpè sæpius error pedis, manus, linguæ, propriè connotat defectum mentis, abstractionem animi, vel deliquium iudicij.*

26 Huiusmodi geminatio exponi quit per Exergasiam, Epitafiam, sive exaggerationem, maxime ubi per vocem erroris signatur idololatria, ut *Josue*, 23. 12-4. *Reg. 17. 19. Sapient. 12. 24-14. 16. Ipsi. 26. 3.* Unde sæpè geminatur vox: *Job. 15. 31. Frustrâ errore deceptus. Idem Ezech. 45. 20. & ubi Sapient. 14. 16. & 22. dicitur Error; vers. 21. signatur Deceptio: ut complexione utriusque vocis æquivalentis exprimat quàm magnus idololatriæ error: igitur ni ratio esset caca, ac cæcitate perturbata, quo pacto in mentem hominis quibat venire, serpente, aut dracones adorare, quos debet fugere? Sic dicimus errare errorem, deceptione decipi, pro nimio iudicio erroris, vel persistentia cæcitatè, aut difficultate exitus è tantis tenebris. Syr. in 2. *Cor. 11. 7. vertit: An errando erroret* Suetonius in *Claud. cap. 29. Insiciens plerumque & ignarus. Seneca in Troad. vers. 562. Errore avio vagus arva lustras.* Pomponius Secundus apud Delt. in *Senec. Oedip. vers. 461. Latè nemus & tortis errans qui flexibus.* Ovid. lib. 8. *Metam. tab. 2. & Virgil. 5. Aneid. vers. 589. & lib. 6. vers. 27.**

27 Etiam exponi potest per Hendiadym, qua figurâ quod unum, dividitur in duo, ut sæpè diximus. *Iuvenal. Satyr. 1. vers. 72. Per famam, & populum: id est, per populam famam. Virgil. 1. Aneid. vers. 65. Molemque, & montes insuper altos: hoc est, molem excelsum montium. Vid. Tom. præced. Tautolog. 11. n. 23. Sic Eccle. 1. 17. & 2. 12. Prudentiam atque doctrinam, erroresque, & stultitiam. Nimirum, doctrinam sapientia, & errores stultitia. Eccle. 12. 16. Error & tenebræ peccatoribus: nempè, tenebræ erroris, quod Paulus vocat, *Ephes. 4. 14. Circumventionem erroris.* & vers. 22. *Desideria erroris.* 2. Thesal. 2. 10. Operationem erroris. 1. Tim. 4. 1. & 1. Ioann. 4. 6. Spiritum erroris. Unde ad Hebr. 5. 2. *His qui ignorant & errant: puta, qui errant per ignorantiam: de quo infra. Ita igitur cogitandum est de præsentî Tautolog. q. d. Ne erres deceptione, vel ne decipiaris speciositate luminarium celestium. Syr. Ne aberrantes adoretis. Rab. Ionath. Ne errantes erretis: igitur, si cogitas Numina, decipiaris, & deceptione errabis. Sanctius in Ezech. 45. 20. in illud: Qui ignoravit, & errore deceptus est; pro eodem accipit ignorantiam, errorem, & deceptionem, usurpans & pro vel, de quo sæpè egimus: q. d. Qui peccaverit deceptus, errans, vel ignorans: ignorans sciendum, vel omitrendum: errans præter intentionem actus: & deceptus ab alio, vel à se, iudicio hand recto, de quo infra. num. 28. Ordinem ostendit Platarch. in *Arat. dicens: Periculosam per se rem, periculosiorem error fecit, ab initio per ignorantiam admissus.***

28 Pro clariore expositione huius & aliorum testimoniorum, notandum ignorantiam defectu notitiæ esse triplicem, præval scilicet dispositionis, uti error in intellectu ve-

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

rit.

Ignorantia
divisa, &
specie.

Falsi, & in-
vis.

Vincibilis,
& invinci-
bilis.

Vincibilis,
crassa, &
affectata.

Antecedens
concomitans
& subs-
quens.

1. Tim. 1.
Pialm. 94.

Ioan. 18.

Aliud est ig-
noranter pec-
care, &
aliud, per
ignorantiam.

Ambros.

Theodor.

Quando &
quomodo ig-
norantiam pec-
catum?

Error olim
quicquid
præter in-
sentientiam.

Senec.

ritati contrarius; quo non solum ignorat, sed etiam errat, quoniam & male affectus, & prave veritatis dispositus, uti erat intellectus Pauli persecutis Dei Ecclesiam, & protegens Synagogam. Etiam ignorantia provenit ex negatione scientiæ, & ex privatione. Primum ex defectu scientiæ, quam nequit homo, nec debet habere. Secundum ex notitia defectu, quam potest, & debet habere. Dimissa ergo divisione ignorantia ratione obiectorum, in ignorantiam facti, ac ignorantiam iuris, de qua Canonitur; in ordine ad voluntatem dividitur in vincibilem & invincibilem. Invincibilis (ex qua nullum peccatum est, ubi adhibita diligentia pro notitia, nihil invenit: vel si acquirere potest, non tamen debet. Vincibilis e contra, igitur adhibenda in notitiam diligentia, ut possit acquiri, uti debet, & ignorantiam excludere. Invincibilis est involuntaria; sed voluntaria vincibilis, que aliquando crassa, & aliquando affectata. Hæc fit ex industria & intentione: illa ex negligentia, & desidia: supinaque dicitur, quia qui habent, nihil vident, nec fatagunt, sicut qui supini dormiunt. Supina & crassa est indirecte, seu implicitè voluntaria: affectata verò clare, directè & expresse.

29 Quoad peccatum ignorantia in errorem potest esse antecedens, concomitans, & subsequens. Antecedens, cum quis, si sciret, non peccaret; & quia ignorat, delinquit. Ut Paulus de se dicit, 1. Tim. 1. 13. Ignorans feci. Hæc ignorantia est causa peccati: igitur illud non committeret, si scientiam haberet. Concomitans, cum quis peccando ignorat peccare; sed peccaret, quanvis nosceret. Hi errant corde: ut dicitur Psalm. 94. 10. hæc neque est effectus, nec causa peccati ex se, ni procedat ex animi obstinatione; quippe tunc erit poena peccati, effectus peccati, & causa peccati, uti malicia antecedens, concomitans & subsequens. Consequens est effectus peccati ex se, quia sequitur voluntatis actum. Hinc ignorantiam affectatam & supinam dicimus ignorantiam consequentem, eo quod voluntatem volentem ignorare affectatè, vel crasse sequatur: sicut Pilatus inquirens, Quid est veritas? quin audiret, continuo fugit: Ioann. 18. 38. Et Prov. 26. 18. Ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo, & cum fuerit deprehensus dicit: Ludens feci. Aliud enim est ignoranter peccare; & aliud, peccare per ignorantiam. In eo qui ignoranter peccat, ignorantia comitatur peccatum, sed non est causa peccati: qui verò per ignorantiam, causa peccati est ignorantia. Secundum species ignorantia erit & error: & secundum errorem erit peccatum. Sicut in scelere, ita in errore est peccatum; verum error habet aliquomodo excusationem: igitur scelus meditato fit: error autem vel casu fit, vel obscura ratione, quod voluntarium minuit, quæ obscuritas sæpe dicitur ignorantia: & non ita culpabilis, ubi ex ignorantia peccatum (quod dicitur error) sicut actus ex proposito, cognoscere ratione verum ut verum, & falsum ut falsum. Hinc Paulus, ut vidimus, inquit: Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Expers fidei, & cæcus feci. Non enim malitia hoc agebat, sed errore, cui facile potuit, cum respicit, ignosci: ait Ambros. ex quo Benedicti. Iustinianus hic, Ratio superpetit: siquidem affectus peccantis ex ignorantia antecedenti (etiam vincibilis, qua de causa haud ignoranter peccat, quanvis per ignorantiam peccet) non tendit per se in malum, licet sit malum, quò tendit; at errore non cognoscit: quandoquidem non tenderet in illud, si sciret esse malum. Paulus cæcutiebat, non videbat lumen: nec invidia ductus bellum gerebat, sed pro lege decebat. Iccirco cognoscens exclamat: Domine, quid me vis facere? Facilem cuncta, si cognovissem; & quæ feci mala, ignorans feci. Erat peccatum ignorantia, quæ licet in intellectu subiectivè, casualiter erat in voluntate: ideo peccavit, persequens Ecclesiam Dei; siquidem in prave disposito, & male affecto, habitus, cæcitas, & passio impediabant vincibiliter applicationem scientiæ ad particularem actum: unde ex ignorantia vincibili erat error, cum approbatione falsi, ex quo peccatum; quoniam causa peccati quicquid tollit scientiam, vel notitiam impediens peccatum, non propter quantitatem, aut momenta peccati, sed periculi, & voluntarij. Hinc præter diminuit, vel auget voluntarium; excusat, vel gravat peccatum, uti clare est ignorantia antecedenti, & affectata: quandoquidem plures errant & ignorant; & alij ignorant & errant.

30 Ignorantiam consequentem, estò voluntariam & vincibilem in causa, errorem vocabant Prisci, quasi effectum involuntarium, excusantem, non entitatem, sed quantitatem criminis specie erroris. Non quasi per ignorantiam erraret, cuius effectus peccatum; sed quasi qui ignoranter erraret, ex cuius errore nullus effectus peccati vel in peccato. Seneca in Hercul. Octavo, v. 981. Error à culpa vacat, & in Furem, v. 1236. Quis nomen unquam sceleris errori dedit? Abundè Ovidius, qui sæpe se infelicem

vocant Prisci, quasi effectum involuntarium, excusantem, non entitatem, sed quantitatem criminis specie erroris. Non quasi per ignorantiam erraret, cuius effectus peccatum; sed quasi qui ignoranter erraret, ex cuius errore nullus effectus peccati vel in peccato. Seneca in Hercul. Octavo, v. 981. Error à culpa vacat, & in Furem, v. 1236. Quis nomen unquam sceleris errori dedit? Abundè Ovidius, qui sæpe se infelicem

vocat per errorem, non per meditatam, voluntarium crimen. Lib. 4. Trist. Eleg. 4. vers. 37. & lib. 3. Eleg. 11. vers. 33.

Hanc quoque, qua perij, culpam, scelus esse negabis, Si tanti series sit tibi nota mali.

Aut timor, aut error, nobis prius obviat error:

Ab sine, me fati non meminisse mei.

Omnia vera puta mea crimina: nil sit in illis

Quod magis errorem, quam scelus esse putes.

Ibid. lib. 5. Eleg. 9. vers. 23. Vel quia peccavi citra scelus. & 2. Metam. fab. 2. vers. 8. Quod enim scelus error habebat? Etenim error confertur furori; qui quidem excusat à peccato apud Iuriconsultos, quoniam furiosus nescit peccare: nesciens peccato non consentit; & ad peccatum consensus est necessarius. Furiosus, quando furore urgetur, nihil velle, sed dormire, atque quiescere censetur L. Si ei qui, §. furiosus. D. de iur. codicill. Furor delicta excusat. L. D. Marcus. D. de Offic. præsid. l. pena. D. de leg. Pompeia. de pericid. l. infans. D. ad leg. Cornel. de secur. Seneca. in Hercul. fur. vers. 1091.

Pelle insanos fluctus animi, redeat pietas,

Virtusque viro, vel si potius

Mens vasano concita motu:

Error cæcus, quæ cepit, eat.

Solus te iam prestare potest

Fuor insontem.

Qui errat, non est sponte nocens; quoniam errantis nulla voluntas. L. 20. de aqu. & aqu. plu. arc. Neque consentit qui errat. Leg. 15. D. de iuris iur. omni. iud. l. 2. de iud. Libertatem arbitrij vincit error, est netas patratum. Cicero pro Ligario, in init. A te non solum liberationem culpæ, sed errati veniam impetrassent. Seneca in Herc. Octavo vers. 883.

Erroris isthuc omne quodcumque est nefas.

Haud est nocens, quicumque non spontè est nocens.

Sophocles in Aiæ. vers. 393. Levior peccata punit poena, que non spontè sunt commissa. Igitur ut ait Senec. Epist. 94. Error est causa peccandi: hunc nobis præcepta non detrahunt, non expugnant opiniones de bonis ac malis falsas. Ovid. 3. Trist. vers. 49.

Inscia, quod crimen viderunt lumina, plebsior.

Ita queritur Turnus, qui signatur, 10. Aneid. vers. 666. Ignarus rerum, dicens v. 668. Omnipotens genitor, tanto me crimine dignum

Duxisti, & tales voluisti expendere panas?

Ita igitur apud Priscos dicitur error, vel ignorantia excusantes, quasi involuntariè à culpa. Inrisperiti pari passu, sed intelligendi in foro iudiciali, minime in foro interiori conscientia: equidem quod illi involuntarium appellant, est voluntarium in causa, uti diximus, & præter voluntarium, peccaminosum: patetque in multis penis, quantum, defectu atatis, vel rationis, expertes noxij & obnoxij, & nihilominus à Theologis minime eximuntur in foro, seu tribunali conscientia. De voluntario & involuntario agam latè hic Tautolog. 7.

31 In sensum nostre Tautologiæ, possumus exponere deceptionem & errorem pro causa & effectu, seu pro conceptu & actu; ita ut conceptus fit error, actus erratum & scelus, quia voluntariè ignorat, ignorantiamque potest vincere, uti debet, & non apponitur diligentia pro expellenda ignorantia. Per primum signatur mens decepta, & deceptione illusa. Per secundum effectus illusionis & deceptionis, atque cæcitatibus mentis, ex quibus crimen & maximum: siquidem si primò error est causa cæcitatibus, postremò cæcitas est causa erroris, & perisitentia. Unde Ierem. 5. 3. Induraverunt facies suas supra petram & noluerunt reverti. Fitque novissimus error peior prior. Unde meditante dicitur: Ne errore deceptus, igitur discrimen est in errore, sicut in ignorantia: & malus peccatum est errore decipi, quam ex deceptione errare: igitur hoc est, concomitante, & illud antecedente, tanquam causa peccati. Quapropter error hic accipi potest pro idololatria. Sapient. 11. 16. Quidam errantes (id est, idololatra) tanquam lebant morsu serpentes, & 14. 16. Hic error (hoc est, simulachrorum cultus) tanquam lex custoditus est. Itai. 26. 3. Vetus error abiit. Ecch. 14. 11. Ne erret ultra domus Israel à me. Daniel. 14. 6. Ne erres Rex: scilicet, nè colas. Ita passim. Nec cum errat, igno-

Ovid.

Error con-
fertur furo-
ri.

Senec.

Quasi ex-
pers culpæ
& poenæ.

Cicero.
Senec.

Sophocl.

Senec.

Ovid.

Virgil.

In foro iu-
diciali, non
conscientia.

Tertia Ex-
positio.

Ierem.

Error pro
idololatria.

igno-

ignorat: ait Tertullian. de Gentilitate in lib. de Resurre. carn. cap. 1. Verbum *Thangar* errare, & fornicari Hebraicè significat, ut ait Rabb. David, apud Novarin. de *Aquis Nuptial.* n. 1133. & de *Umbri. Virgin.* Excurs. 92. num. 830. Quod verò fornicari signet idololatriam, dicemus suo loc. *Tom. 6. Tautolog.* 10. Sentus ergo testimonij erit: Si videris luminaria cœli, ne errore deceptus adores ea, & colas, Nimirum ne adores deceptus pulchritudine, quia incidet in idololatriam: quandoquidem artifex solus Numen est, cœtera Conditoris opera, non Numina. Aperte pro Teraphim Septuag. legunt *Genotaphia*, non *Epitaphia*: legitur hæc inscribuntur in sepulchris, ubi cadaver iacet; illa verò, ubi sepulchrum inane sine cadavere. Sic ergo uti *Genotaphia* sunt idola: præ se ferunt Numen, quod non habent. Ne erres in adoratione, quippe ibi nomen Numinis sine Numine.

Novar.

Septuag. Cur idola dicta Genotaphia?

Sap. 12. 24.

Verbum et nomen per epitaphium.

August. Error in erroris.

Plaut. Sophoc. Propert. Virg.

Sap. Cur idololatriæ conferrantur insaniunt.

Ovid.

Idem.

Oth. Vzn.

Error plautus summi error.

Propert.

32 Proclivè modò exponitur Sapientie testimonium. *In erroris via diutius erraverunt.* Id est, multo tempore fuerunt idololatæ: additurque verbo nomen, *errare*, & *errare*, epitaicè, de quo laxè egimus, & adhuc agemus, ut exprimat tam intensive, quàm extensive pronitas in idololatriam, & ex parte mentis propter cœcitatem, & ex parte voluntatis propter dilectionem; & denique ex animo sine iugo, dura cervice, corde impenitente, quantus error, & quàm diuturnus sine ulla respicientia: quandoquidem erroris cogitabant remedium, alium errorem, quoniam error nisi in errorem angiportus. Ita ergo (ait Angustin. *Enebirid. cap. 27.*) *res se habebant. Iacebat in malis vel etiam volebatur, & de malis in mala præcipitabatur totius humani generis masfa damnata: quo traheretur per errores, doloresque diversos ad illud extremum.* Ambros. in *Hymn.* ingeniosè: *Erroris traxit decio.* Nullus error in viam rectam diciturque *error* & *devious*, ut geminatione ostendatur quantus. Ita Ethnici. Plaut. in *Rudent.* Act. 4. scen. 7. vers. 10. *Decipiuntur dolis.* Euripid. in *Alceft.* vers. 34. *Dolosa decipiente techna.* Sophoc. in *Philoct.* vers. 126. *Deceptionibus, & dolis.* Propert. lib. 1. eleg. 1. vers. 11. *Amenis errabat in antris,* & Virgil. 8. *Elog.* vers. 41. *Malus absulit error.* Patet per iterationem expressum quicquid ad persistentiam, & insaniam adorationis idolorum, quin errorem in errore cognoscere: quapropter addit Sapiens: *Deos existimantes bæc insaniunt insensatorum more viventes. Propter hoc tanquam pueri insensatis iudicium in derisum deditis.* Verùm quis insancium error? Vident imaginem in speculo, & versant, ut inveniant; sed non inveniunt, quorum error in hominum sensatorum iocum & risum. Canit Ovidius lib. 3. *Metam.* fab. 5.

Et placet, & video, sed quod videoque, placetque, Non tamen invenio. Tantus tenet error amantem.

Ita ut insensati pueri quærebant Numen in creaturis, speculis Conditoris, nec inveniebant, quod peribant.

Sed tua cur nobis pallens occurrat amor? Dum careo veris, gaudia falsa iucant.

Ut succinit Ovidius *Epist.* 13. vers. 108. Hinc inde, de simulachris in simulachra procedant, & errore semper à semitis claudicabant.

Perdit ut obiecto speculum pereunte figuras, Atque alias, alio mox veniente, capit:

Sic etiam inconstans mutatis, credite, signis Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.

Accinit Otho Vanius *Amor.* Embl. 64. Claret, quàm longè Israëlitæ erravisse, cessi lassati in via iniquitatis, diutius, & longo tempore. Non, ut hic Ianfenius ait, errasse, plusquam erroris cogitari potest; quippe quis crederet, adorari posse serpentes? Unde erraverunt ultra expectationem. Fallitur. Quid mali ab illis expectari nequibat? *Errare errorem* signat diu errare, quasi insensatos, sine mente, nec rationis lumine, quin in cognitionem pulsaret tanto tempore callosum animum, vel ici ab ipsis serpentibus, ac reptilibus, quæ colebant, ut dicitur cap. 11. 16. & cap. 12. 23. Longè à respicientia sunt, modò ut cap. 14. 28. dicitur: *Dum latantur, insaniunt.* & vers. 22. *Non suffecerat errasse eos circa Dei scientiam; sed & in magno viventes inscitie bello, tot & tanta mala pacem appellant.* Eiusmodi voluptas demonstrat perniciam in errore, peccatum & inolentiam peccati, erroribus errantibus, & diu errantibus in alios errores. Cecinit Propertius lib. 1. eleg. 13. vers. 35.

Quæ tibi sit felix, quoniam novus incidit error, Et quodcumque voles, una sit ista tibi,

Hic

33 His igitur planè exponentur proposita aliarum Tautologiarum: quandoquidem per vocum æquipollentiam geminarum, vel per expressionem suppositi, ostenditur quantitas & intensio malitiae, tam ex pravitæ intentionis, quàm ex perfitentia malignitatis. Ierem. *In pravitæ cordis sui mali, &c.* id est, corde malo, quod iteratè iniquitate, & cauteriatà conscientia, præ nimia in prava consuetudine sit pravum. Quo sensu dicitur: *Nequissimi nequissima vita,* & alia testimonia, de quibus infra. *Vita,* id est opera & mores, quibus nequissimus apparet, & nequissime vivit.

Sappositum expressum.

Ierem. 7. 24. Eccl. 22. 12.

Ut ait Propert. lib. 2. eleg. 5. vers. 2. vel *nequissima* pro molestissima, laboriosa, quantitate flagella conscientia. Aristoph. in *Pluto*, Act. 3. scen. 2. vers. 28. *Cum omnis generis conflictantes malis.* Ovid. 1. *Fast.* vers. 352.

Propert. Nequæ pro laboriosa.

Et non ignota vivere nequitia.

Nequitia est, quæ te non sinit esse senem. Igitur viri sanguinum non dimidiabant dies suos. *Anima enim nequam disperdet, qui se habet.* Eccl. 6. 4. Quæ alijs bona, illis noxia: unde ibid. 39. à vers. 30. *Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimi bona & mala. Hæc omnia sanctis in bona, sic & impijs & peccatoribus in mala convertentur.* Plaut. in *Bacchid.* Act. 2. scen. 2. vers. 17. *Nequam & miser.* & Itai. 3. à vers. 10. *Dicite iusto, quoniam bene. Vae impto in malum.* Unde hic Syt. *Peior morte vita infelix.* & Septuag. *Super mortem nequissima vita.*

Aristoph. Ovid.

Eccl. Plaut.

34 Etiam nequissima vita, & nequissimi, exponi citè pro inutili, vel re nihili. Varro lib. 1. de *Ling. Lat.* ait: *Ut cum quem putamus esse non hili, dicimus nihil; sic in quo putamus esse nequicquam, dicimus Nequam.* & lib. 4. *Ut ex Non & Volo, Nolo fit; sic ex Ne, & Quicquam, media atrita syllaba, compositum est Nequam.* Quare pro re futili, seu nullius momenti, aut pretij frequenter sumitur, ut notat Aul. Gell. lib. 7. cap. 11. *Q. d. No quid Nihil.* Hinc apud Plaut. usquequaque: *Nequam equus: nequam usus adium.* In *Trinum.* Act. 2. scen. 4. vers. 38.

Pro inutili, vel futili. Varr.

Nequam illud verbum est, Bene vult, nisi qui bene facit.

Festus: *Nequam est (ait) qui neque tanti quidem est, quàm quod habetur minimi.* Tacitus lib. 2. *Histor.* cap. 24. *Nequicquam* (à Criticis, *Nequam*) omnia cepta, & senescens exercitus sui famæ. Q. d. omnia futilia. In sacris etiam eadem acceptio vocis. Eccl. 27. 7. *In operibus nequissimi.* Id est, inutilibus. Itai. 9. 17. *Hypocrita & nequam.* Quapropter sensus erit prætatae auctoritatis: *Inutilis inutilis vita.* Septuag. & Tiran. *Fatui, futili* qui quidem ad quæ homo inutilis prorsus, uti hominis in corpore larva. Huc accedit, quod apud Priscos luxuriosi & desides dicebantur Nequam. Donatus in Terent. *Adolph.* Act. 3. scen. 3. vers. 4. ad illud: *Qui alicui rei est, etiam ad nequitiam* (id est, ad ocium) *abducere:* subdit, *Nequitia proprie libidinosa inertia est; quòd nihil queat, nullique rei apta sit.* Cicer. in *Catilin.* 1. *Sed me iam inertia, nequitiaque condemno.* Ovid. *Epist.* 16. vers. 29. de Paride dicit: *Quæ tua nequitia est.* Hoc est ociositas, & inertia. Propertius lib. 2. eleg. 6. vers. 30. & eleg. 24. vers. 6.

Plaut.

Tacit.

Pro fatuis, & futile.

Terent. Donat.

Pro ocioso & deside.

Nequitiaque sua voluit esse rudes.

Non ego nequitia dicerer esse caput.

Ita nequitia ab ociositate, sicut *nuga*, ex eo, quòd nihil agant, vel à non agendo, ut ait Donatus ubi dudum. Astipularur Columel. lib. 1. cap. 1. *Nulla est nequissimi hominis* (id est, inertis) *amplior custodia, quàm quotidiana operis exactio: nam illud verum M. Catonis oraculum: Nihil agendò homines, malè agere discunt.* Haud aliter intelligendum testimonium nostrum. Q. d. *Nequissimi* (ociosi, desidis, residis) *nequissima vita:* siquidem ex ociositate cuncta mala nequitia, quæ in communi acceptione involvit recotam malitiam, astutam malignitatem, vastam animam, callidam indolem, animam improbum, atque peccus scelerum: equidem hæcine, & alia eiusdem furfuris oriuntur ex fontibus ociositatis.

Propert.

Donat. Quid nugæ?

Columel. Ociositas quàm noxia!

35 Discapedinata est via in illud: *Manus in manu non erit innocens malus.* Hispan. *Mano sobre mano*: nihil agens, & si cogitat, nihil boni. *Compresis manibus:* uti dicit Quint. Calaber lib. 2. *Derelict.* Si ociosus, malus est, & malus non erit innocens, hoc est, impunitus. Hic innocencia non sumitur pro carentia culpæ, sed pænæ. Q. d. Qui ociosus, malus est, & luet profectò pœnas ociositatis. In hunc sensum Genes. 24. 41. *Innocens eris à maledictione mea:* id est, liber à pœna maledictionis. Exod. 21. 19. *Si surrexerit, innocens erit, qui percusserit:* hoc est, sine pœna. 2. Reg. 14. 9. eadem significatione: *In me sit iniquitas: rex autem & thronus eius sit innocens.* Tacit. de *Orator.* cap. 12. *In loca pura, ac innocencia.* Unde pro cogitatione Hebr. legit: *Non erit impunitus manus,*

Prov. 17. 21.

Innocens pro impunitus.

Exod. 22. Reg.

R

Pagn. Caiet. Maluend. Manus pro auxilio. Jerem. Proverb.

lus. Idem Hieronymus, & Delr. Adag. 578. Ponitur (ait) innocens pro innoxio, cui non nocetur, pro indemi & non punito. Pagn. Vir malus non erit impius. Caietana. Non erit mundus. Maluend. Vacuabitur malus. Quare dum dicitur, Manus ad manum, intelligendum est de auxilio, iuxta illud Jerem. in Orat. vers. 6. Agypto dedimus manum. Tuncque sensus erit: quanvis multi auxilientur, quippe nullum crimen sine patrono, intercedantque pro illo, non erit innocens, id est, sine poena, qui malus. Non liberetur, inò puniatur. Eadem sententia invenitur ibid. cap. 165. Abominatio Domini est omnis arrogans: etiam si manus ad manum fuerit, non est innocens. Quanvis totus mundus faveat, multabitur, & culpam poenis luet. Ita Estius. Alap. cr. Salazar hic.

Deuter. 23.

36 Similiter habetur expositio ad illud Deuter. Impium condemnabunt impietatis. Impietas olim maximè apud Ethnicos iudicabatur prout opposita errori, seu involuntario; nimirum tanquam scelus ex mera malitia. Unde Æsculapius ad Ammonem apud Delr. in Herc. Furent. Comm. 3. vers. 1236. inquit: Nec hominum facinora, vel error, vel audacia, vel necessitas, quam fatum appellant, vel ignorantia. Cuncta hæc apud Deum reprehensione vacant: sola impietas est, quam vindicta iustitia ulciscitur. Idem apud Cicer. inveniæ 4. de Finib. Verum hic accipienda impietas pro causa impij, quam vocamus Proccesum, ut dixi Tom. 3. Tautolog. 11. num. 7. Quapropter sensus est: isti multi sint criminosi fautores, iudices, si invenitur impius, condemnabunt impietatis. Perस्पicitur expositio ibid. Si fuerit causa inter aliquos, & interpellaverint iudices, quem iustum esse perspexerint, illi iustitie palmam dabant: quem impium, condemnabunt impietatis. Rabb. Jonath. Condemnabunt peccatorem. Peri. Reum. reum. Oleast. Impium decernent impium. Sic Ar. Mont. Maluend. Arab. Septuag. & Haye. Multoties nomine abstracto explicatur concretum. Sicut apud Terent. in Andr. Act. 3. scen. 5. vers. 5. Scelus pro scelere, idem in Eunuch. Act. 4. scen. 3. vers. 3. Euripid. in Heraclid. vers. 941. O odium! Venis? Petronius in Satyr. fol. 77. Omnium hominum, Deorumque pudor: id est, propudiosus hominibus & Numinibus. Homer. 34. Iliad. vers. 215. Heçtorem neque timoris memorem, neque fugæ: id est, nec fugacem, nec timidum. In sacris Psalm. 61. 8. Deus auxiliij. Rom. 15. 5. Deus patientiæ, & solatij: id est, auxiliator, patiens, & consolator. Matth. 22. 12. Abundabit iniquitas: hoc est, iniqui. Psalm. 54. 4. Iniquitates, & in ira molesti erant mihi. Nempè, iniqui, qui sunt ipsa iniquitas. Ex concreto & abstracto exprimitur superlativum more Hebraico, de quo n. seq. vel geminatione nominis: tuncque exprimitur & forma, & effectus formalis formæ, uti cum dicitur: Impietas impij. Hoc est, vel summa impietas; vel culpa & crimen, quo impius; vel poena impij pro criminis impietate. Euripid. in Hecub. vers. 1031. Exitiale malum. Homer. Iliad. 13. vers. 218. Mena minabantur. Plaut. in Trucul. Act. 1. scen. 2. vers. 11. Iocus, & ludus, & Martialis lib. 11. Epigr. 28. Perficitur frontem, posuitque pudorem. Quod quidem dici potest idiotismus, uti egimus in Prolog. Galeat.

Quid sit impietas? Æsculap.

Impietas pro causa impij.

Rab. Ion. Abstractum pro concreto. Terrul. Eurip. Petron. Homer.

Utramque pro superlativo. Ezech. 18. 20-33. 12. Eurip.

Martial.

37 Sape per negationem positivè exponitur superlativum. Iob. 9. 2. Non iustificatur homo, compositus Deo. & 33. 12. In quo non est iustificatus. Ubi, non iustificatio, idem est, ac damnatio. Psalm. 17. 22. 23. Nec impij gessi à Deo meo, & iustitias eius non repuli à me. Id est, exactissime cultodivi. Unde, Statera dolosa non est bona, idem ac pessima, valde mala, & iniustissima. Uti 1. Cor. 6. Non est bona gloriatio vestra. 1. Reg. 2. 24. Non est bona fama, quam ego audio: igitur ut vers. 23. præmiserat, audio res pessimas. Sic statera dolosa abominabilis est, ut pote impijssima. Ita, Malus est oculus nequam. Nimirum, pessimus: per epitaftim, malus est oculus malus. Aliqui intelligunt lumen obliquum (vernaculè Vizcos) de quo Levin. Lemnius de Miracul. natur. lib. 4. cap. 6. Vitium hoc, quantum circa cerebrum, mentis domicilium, vel potius, regiam, consistit: ut foris nonnihil oculos deformat, ita animum quoque quibusdam vitiosis affectibus imbuat. Sunt enim horum plerique vortices, vafri, subdoli, captiosi, lubrici, ad circumveniendum astuti, ac miris strepibus instructi. Sic pro oculo nequam, Sophocli. in Trachin. vers. 798. Distortum oculum elevans. Euripid. in Phœnis. vers. 1343. Trifrem oculum. Varia epitheta pro affectu, vel effectu profertur ab AA. Pro lascivo sæpe: ideo ab Albinovan. Eleg. in Obiit. Mæcenat. dicitur: Oculus mollis. Phadrus Fab. 63. Oculus venatorius. Apul. Metam. 2. Oculi morsecantes Calpharn. Eclog. 6. Ridentes. Petronius in Satyr. fol. 84. signat Petulantis, & tremulos. Virgil. Eclog. 3. vers. 12. Perversos. Aul. Gell. lib. 3. cap. 5. Ludibundos. Vide alia apud Delr. in Herc. fur. Senec. vers. 452. La-Zerd. loc. cit. Virgil. Pancrol. lib. 2. cap. 15. & ib. Henr. Salmuth. & denique fusc Caspar. Barthium in Claudian. de Nuptijs Honor. vers. 6.

Negatio positivè pro superlativo. Prov. 20. 23.

Non bonum pro pessimo.

Lev. Lem. Luminis obliqui (obtusitas, si mul & mentis pravitas).

Varia oculorum accipientes.

38 Pro avaritia & invidia, Vallef. Philosoph. sacr. cap. 68. Ovid. 2. Metam. fab. 12. Intabescitque videndo. Senec. in Hippolyt. vers. 487. Pestilens oculus. Virgil. 2. Æneid. vers. 210. Ardentes oculos. Prudent. in Psychomach. vers. 31. Elisi oculi, anima maligna. Petronius in Satyr. fol. 54. Obliqui, truces. Similiter in sacr. pagin. ut egimus Tom. 2. Tautolog. 9. num. 17. Prov. 23. 6. Ne comedas cum homine invidio. Hebr. Habente malum oculum. Pariter in præfat. Tautolog. legit & Menoch. Oculus avidus. Arab. & alij apud Hay. in Bib. Max. Oculus tenax, suspicans, impurus, illiberalis. Deut. 15. 9. Ne avertas oculos tuos. Ubi Oleaster: Ne malus sit oculus tuus. Eccl. 31. 15. Nequius oculo, quid creatum est? Hoc est, livido oculo. Afruiturque ex Deut. 28. 56. Invidet viri; Chaldaus: Oculo nequam. Hic modus loquendi (ni fallor) oritur ex eo, quod affectus huiusmodi vel exprimitur oculis, vel hauriuntur. Itcirco frequenter oculus lividitur pro intentione. Matth. 6. 22. & Luc. 11. 14. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Iuvenus lib. 1. Evang. Hist. 649. modulatur:

Sed si pura acies oculi, simplexque nitabit, Clarè totius luccbunt corporis artus. Sin verò nequam fuerit, pravumque videbit, Obscure incumbet super omnia membra tenebræ.

Et Matth. etiam 20. 15. An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Id est, maligna cogitatio, avara, invida. Ita Profani. Sophocli. in Trachin. vers. 271. Ipsum oculum, alteram in partem, seu mentem habentem, & vers. 1035. Tu autem comprende: tibi enim oculus (id est, mens) amptior. Unde mens aliquo affectu pravo læsa, dicitur oculus malus, seu nequam; quia sæpe per oculos patefcunt huiusmodi vitia. Ita Complutenf. Quam malum est! Tigr. Quantum malum est oculus nequam! Demum Syr. Oculi nequitia execrabilis. De usu vocis apprimè La-Zerda in illud Virgil. 4. Æneid. vers. 8. Male sana sororem, num. 2. ait: Ut Græcis Casos, ita Latinis Malè significatum mutat ex adiunctis. Itaque notabis ignaviam militis, questum avari, lenonis libidinem, amantium vulnera hæc unica vocula, omnia demum vitia. Sic Virgil. lib. 11. Æneid. vers. 356. de Pygmalione fuccini: Multa malum simulans. Cæterum hoc latius hic Tautolog. 5. 39 Alij pro oculum nequam intelligunt oculum fascinantem, quali venenatum, iuxta acceptionem eiusdem Poète lib. 2. vers. 471.

Qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus.

Mala gramina: id est, noxias, venenatas herbas, & in Peter. Epigr. lib. 2. Oculi luscij, atque patantes: hoc est, agentes consummativè. Iam habet locum, quod toties stipulati sumus, nimirum, An sit fascinum? Dubitatur, & confutatur, & refutatur à multis. Unde, si aliquid, duntaxat arte demonum. Verum distinguendum est, ut facit D. Thom. 3. Contr. Gent. cap. 103. siquidem fascinatio duobus modis fit: & naturali virtute, & cadodæmonis arte, quæ dicitur maleficium. Est naturalis vis maligni, noxij, virulenti afflatus, vibraturque in vasa: licet aliqui, ut notat Bifciola, Tom. 2. Horar. subeid. lib. 3. cap. 6. alruant fascinum fieri oculis, tactu, & halitu; solum agimus de oculorum fascinatione, quæ propriè fascinum: igitur quæ ex halitu & tactu, venena patent ex maligna qualitate: solummodoque dubietur, an huiusmodi qualitatis malignitas provenire queat ab oculis? Hucherus lib. 4. de Sterilit. cap. 1. dividit fascinum in naturale, accidentale & voluntarium. Naturale pro antipathiam, ut plume cæterarum avium coram aquilæ pennis, quæ tabescunt, & corrumpuntur, ut ait Plutarchus lib. 5. qq. conv. cap. 7. Accidentale, ex foetido vapore, atque maligno: de quo plura apud Georg. Agricol. de Animal. subterr. & Cæl. Rhodig. Voluntarium, quod ex intuitu inimico, cum odio, ira, invidia, aut voluntate prava pullulat. Optima divisio, quæ quidem discernit quantum ad causas malignitatis; verum nullo modo in præfens dubium, quod tantum procedit de malignitate nociva oculorum, & an sit in fascinate naturaliter illa in visione virulentia; ita ut expellat voluntarium, etiam aliquando connotet: siquidem vivaciorem in damnum oculum habebit potentiam; modo acuantur spiritus vitales fervore iræ, vindictæ, invidia, & alià id genus naturali commotione. Quapropter questio vertitur in hocine cardine: videlicet, An fascinans noceat, velit nolit, alpectis? Dixi, velit, nolit; ut signem venenum naturale, vel malignitatem congenitam, seu nativam: igitur si intercedit in nocumenta voluntarium, prorsum arbitror maleficium.

40 Asserunt fascinum D. Thom. 1. p. q. 117. art. 3. ad 2. Suarez Metaphys. disp. 18. sect. 8. num. 4. & 26. Richard. Quod. 3. q. 11. Iliodor. lib. 12. Etym. cap. 4. Abulens. Para.

In oculis animar.

Oculus pro intentione.

Iuven.

Sophocli.

Quid signis adverbium Male? La-Zerd.

Virgil.

An sit fascinum?

Quid est questio.

Hucher. An naturale, accidentale, & voluntarium?

Discrimen fascini, & maleficij.

Paradox. 4. à q. 11. usque ad 19. Aristotel. sect. 20. Problem. 34. Marfil. Ficin. lib. 13. de Immortalit. anima, cap. 4. & in Convio. Platon. orat. 7. cap. 41. Albert. Magn. lib. 12. Animal. cap. 5. Plutarchus qq. Convio. lib. 5. cap. 7. Sixt. Senenf. lib. 6. Annot. 276. Lælius Bifcol. ubi supr. Paulus Zachias lib. 2. qq. Medicoleg. tit. 2. q. 13. & lib. 7. tit. 4. q. 4. Codronchum etiam hic citat. lib. 3. cap. 2. & novissime Ioann. Jacob. Manger tom. 2. verb. Fascinatio: cum Nicol. Nancel. in Analog. micr. ad macrocosm. ut infra videbimus. Inficiantur fascino Leonard. Vairus lib. 2. & 3. de Fascin. Laurentius Ananias de Natur. demon. lib. 4. Jul. Scaliger de Subtilit. exercit. 349. Vales. de Sacr. Philosph. cap. 68. Cœl. Rhodig. lib. 20. cap. 30. Ciruel. de Superstit. cap. 5. & toto annisu Delcius in Dissquis. magic. lib. 3. q. 4. sect. 1. Aptius numeratam pro nostra sententia: igitur ibid. Conclus. 2. subdit: *Physica fascinatio, non nisi improprie dici potest fascinatio, proprie verò est contagio, seu infectio.* Negat & alitruicquidem infectionem oculorum, & ex oculis contagium vocat, & simul proprie fascinationem esse negat. Quod ille dicit proprie ex oculis contagium, nos dicimus fascino proprie; quia proprie fascino, ut videbimus, est nequam oculorum influxus sine imaginatione, sine voluntatis per affectiones malas aut bonas applicatione; nimirum prout solum est oculorum virulencia. Unde iare reiiciendus, dum dicit, Conclus. 3. *Fascinum est perniciofa qualitas demonum arte illata, ob tactum, vel expressum hominis cum demone pactum.* Nihil mirum, errasse in fascino, fascino deturbato principio. Admittimus profecto qualitem perniciosam malignitate oculorum, non malignitate demonum. Unde proprie fascino definitur à Langio Epist. 36. & Ronleo Epist. 48. *Est vaporis virulencia à corpore noxio, qua balitu & spirita per visum, alienum corpus inficitur.* Similiter Paul. Zachias, ubi supr. lib. 7. tit. 4. q. 4. *Est influxus quidam ab oculis & corpore fascinantis, virulenta qualitate conspiciens.* Porta de Magia, lib. 8. cap. 4. *Exterminatio quadam spiritus per oculos ad fascino cor deveniens, totumque inficiens.* Hæc est proprie fascinatio, minime ut Delcius describit, nec ut Vallesius, ubi supr. subdens: *Est passio oculis illata, & concepta, profecta ex quadam affectione animi eius, qui intuetur.* Negamus ly Animi; quippe proprie fascinatio non ab animo malevolo, sed ab oculo maligno.

Delr.

Idem.

Fascinum sine passio cum demone. Ronf. Zach. Fascini diffinitio. Ioan. Port.

Valles.

Maleficia inferuntur à demone.

Senec.

Incantationi à magis arte illius.

Senec.

In verbis nulla ad effectum efficacis.

Plin.

— *Artibus magicis servè coniugia nupta precibus admistis ligant.*
Neque hic loquimur de incantationibus, quarum prodigia describit ibid. Senec. vers. 454. vel potius in apparatus tragedia fingit.

*Vernare iussis frigore in medio nemus,
Missumque fulmen stare, concussis fretum.
Cessante vento, turbidum expliciti mares
Et siccæ tellus fontibus patuit novis.
Habere motum saxa, discussi fores:
Umbra stetit: & mea iussis prece
Manes loquuntur, sonuit infernus canis.
Mare, terra, cælum, & Tartarus servit mihi.
Nox media Solem vidit, & noctem dies
Nihilque leges ad meos cantus tenent.*

Sic saga dicebat, quasi brachium Dei haberet, & simili voce tonaret. Hinc ille ridet incantationes lib. 4. qq. natur. à cap. 6. Plin. fuse lib. 28. cap. 2. Zachias lib. 2. Titul. 2. q. 13. num. 8. Cœl. Rhodig. lib. 16. cap. 14. & Reies-Franc. in Camp. Elyf. quest. 22. & 23. Quapropter ubi mentio incantationum fit in Sacr. pagin. Exod. 7. 11. Deuter. 18. 6-2. Paralip. 33. 6. Psalm. 57. 5. Isai. 47. 9. Ecl. 12. 13. & Ierem. 8. 17. intelligendum est de magia, & pacto cum diabolo, haudquaquam quia inist in verbis aliqua vis, aut efficacis nec in mala, neque in bona. Quare dum mulcentur, circumsæque sunt serpentes, de arte intelligendum demonum, non de efficacis verborum. *Serpentes ipsas incantari: & hunc animum illis esse intellectum, contra abique Marforum cantu, etiam in no-Eburna quiete:* ait Plin. lib. 28. cap. 2. ubi plura Dalecamp. Virgil. 2. Georg. vers. 167-7. *Aeneid.* vers. 758. Qui vers. 50. succinit.

Quin

Quin & Marubià venit de gente sacerdos,
Vipereo genere, & graviter spirantibus bydris
Spargere qui fomnos cantuque, manaque folibat,
Mulcebatque iras, & morsus arte lecabat.

Virgil.

Multa ex multis referri queunt in huiusmodi delirium, olim creditum: duntaxat astruetur, ut ad reliqua transcamus, auctoritate Silij Italici, lib. 8. vers. 497.

*Hæc bellare acies norant, ac Marfice pubes
Et bellare manus, & obelydris cantare soporem,
Viperæque verbis bebetare, & carmine dentem.
Ætæ prolem Anguitiam mala gramina primam
Monstravisse serunt, tactuque domare venena.*

Sil. Ita.

42 Ad astruendum fascino haud levi moveor. Vidi. Quare causa potius disquirenda, quam eventus. Nactus sum forte bona in studijs Icrijs Magistrum, & simul cum omnigenæ eru ditionis divite vena, morum gravitate, literarum ac virtutum præceptorem, post eve ctum in dignitatum culmina, quibus præclare respondit, igitur in cunctis usque in admirationem sese gessit. Non placuit nec mihi nec reliquis ephæbis appetus, licet oris deformitatem temperaret (studio, ni fallor) suavitare sermonis. Dum responsa nobis dabat, lumina in terram ngebant: dum arguebat, in trabes atque testâ gynnalis levabat, quod sane nobis ingratum, aut cogitantibus quorsum. Tandem tandem non latuit, & cum simul ad Comitia generalia Vallisoletî convenissemus ann. 1709. allectus curiositate, nec omisa tanti viri veneratione, audacia totâ illius erga me favore, atque signis, seu potius demonstrationibus benevolentia, nec sine rubore interrogavi. Concessit: & ut videas sili, dixit; mecum in fenestram accede. Quis illorum passerum (subdit) vis, moriatur? Ille: dixi, & illic ille volitando corruit. Ut vidit, ille perijt. Cur igitur, scrutatus sum, alij non cadunt, qui simul sunt? Non nisi in illum aciem fixi, respondit; si figerem, caderent. Quomodo fascino inficiabor, his visis? Idem refert Mendoza lib. 4. Viridar. Probl. 11. num. 60. de quodam servo Ducis Brigantini. Oculi eius, quò magis lucunditatem animi, & gratiam colloquentibus monstrabant, eò fastidium ac averfionem ingerebant. Erant quidem luridi, luteo-caruleo, non casto, colore subtristi, & horrido, quibus contemptibilis valde, est dotibus insignis. Postè gigni venena intra corpora humana concedit, qui fascino negat, Vallesius, ubi supr. & per oculos egredi in noxiam aspectorum, ut patet in visu mentruata, dicitur Aristotel. lib. 3. Hist. animal. cap. 19. Cœl. Rhodig. lib. 3. cap. 28. & Plin. qui lib. 7. cap. 15. ait: *Sed nihil facile reperitur mulierum profusio magis mortiferum. Accesunt supervenientia musta, sterilesunt tactæ fruges, moriuntur insita, excutuntur hortorum germina, & fructus arborum, quibus insidere, decidunt: speculorum fulgor aspectu ipso bebetatur, acies ferri præstringitur, eborisque nitor: abies apum emoriuntur: as etiam ac ferrum rubigo protinus corripit, odorque dirus aera; & in rabiem aguntur, gustato eo, canes, atque insanabili veneno morsus inficitur.* En effectus similis. Stadius 5. Situar. vers. 139.

Hist. de oculo fascino.

Dammæstrii crucis. Plin.

Stat. Virgil.

*Illæ domum torso quam non hæc lumine figat.
Nescio quis teneros oculus mihi fascino agnos.*
Canit Virgil. Elog. 3. vers. 103. & Tzetzes in Chiliad. hist. 447. à vers. 1.
*Omne fascino, scito, quod sit per oculos nocimentum,
Per splendorem ingressum, & visum oculorum:
Multis enim est oculus, qui aspectu ledere valet.*

Tzet.

43 Plinius lib. 7. cap. 2. & Cell. lib. 9. cap. 4. In eadem Africa familias quasdam effasciantium, quarum laudatione intereant probata (quia tunc figunt aciem in aspecta, & venena acriore visu intromittunt) arcescant arbores, emoriantur infantes. Esse eiusdem generis in Triballis, & Illyrijs, adiecit Ifigonus, qui visu quoque effasciant, interimanique quos diutius intueantur (en causa cur primo aspectu, quasi incurioso parva, aut nullius activitatis in objecta) iratis præcipue oculis: quia spiritus vituales bile comotâ, ferventiores, ut dixi supr. num. 39. & dicam num. 53. Ovidius 1. Amor. Eleg. 8. vers. 20. & Eleg. 14. vers. 39.

Gentes effasciant.

*Nec tamen eloquio lingua nocente caret.
Non te cantatæ læserunt pellicis herba:
Non anus Amonia perfidâ lævit aqua:
Nec tibi vis morbi nocuit, procul omen abesto;*

Ovid.

Nec

Nec miruit densus invidiosa lingua comas.

An illis geminis pupilla in oculis? Plin. Dalecamp. Plin.

Addit & Plinius ibid. Notabilis esse, quod pupillas binas in oculis singulis habeat. Huius generis & feminas in Scythia. Thybiorum genus, multosque alios eiusdem nature...

Ovid.

Suspicio & fama est: oculis quoque pupula duplex Fulminat, & geminum lumen ab orbe venit.

Natal. Comcs.

Illyrica gentes (inquit Natal. Comcs. in 4. Metamorph. Ovid. fab. 15.) dicuntur habuisse binas oculis pupillas, & acerrimam oculorum aciem...

Bifidol.

Ille oculis conceptam atro sub corde venenum Inspirant, &c. morsque occupat artus.

Modus fascini.

44 Altruit etiam & modum Suarius Metaphys. disput. 18. sect. 8. num. 25. D. Thom. 1. p. q. 117. art. 3. ad 2. Nancelius ubi supr. lib. 3. cap. 1. in Probl. Hi enim spiritus cum a cordis calore ex puriore sanguine generentur...

Nancel.

45 Roboratur sententia emissionem virulentam diversorum animalium, ut refert ibidem Nancelius, claretque nullam feram immaniolem homine...

Ovid.

45 Roboratur sententia emissionem virulentam diversorum animalium, ut refert ibidem Nancelius, claretque nullam feram immaniolem homine...

Catoblepa & basiliscus fascinant. Plin.

45 Roboratur sententia emissionem virulentam diversorum animalium, ut refert ibidem Nancelius, claretque nullam feram immaniolem homine...

Lucan.

45 Roboratur sententia emissionem virulentam diversorum animalium, ut refert ibidem Nancelius, claretque nullam feram immaniolem homine...

Proprietates Torpedinis. Plin.

45 Roboratur sententia emissionem virulentam diversorum animalium, ut refert ibidem Nancelius, claretque nullam feram immaniolem homine...

Lucan.

45 Roboratur sententia emissionem virulentam diversorum animalium, ut refert ibidem Nancelius, claretque nullam feram immaniolem homine...

Fascinae Ambrosiana. Pictor.

45 Roboratur sententia emissionem virulentam diversorum animalium, ut refert ibidem Nancelius, claretque nullam feram immaniolem homine...

Causa fascini. Heliodor.

45 Roboratur sententia emissionem virulentam diversorum animalium, ut refert ibidem Nancelius, claretque nullam feram immaniolem homine...

Auson.

45 Roboratur sententia emissionem virulentam diversorum animalium, ut refert ibidem Nancelius, claretque nullam feram immaniolem homine...

Contestatur ubi supr. Ioann. Bapt. Porta. Sic ubi flagrantibus oculis (ait) & truces deflexerit, & perniciosè nocendi cupido acerris micat ex oculis, & intestinis ardor proficiatur

scitur ab eis, adstantium corporibus maxime speciosis, malum inferunt: oculorum acies uti telum transverberat, prae corda percussit: nam pororum apertura, & humorum subtilitate, facile depascitur morbus.

46 In ophthalmicis claret contagium: imò videmus oculos lachrymarum, lachrymas apfientes; quippe facillime commovent & commoventur. Quid si acris qualitates ingeritur, quae quidem ob violentiam fumme alterativa? Sanctius in illud Habacuc, 1. 9. Ficies corum ventus urens: num. 42. inquit: Quantum inquit terroris in cultu: quantum in oculis minarum; cum ipso aspectu obvius quosque prosterant. Quare confert cum his feris, quibus ea vis est in oculis, ut vel ipso tantum intuitu conficiant, aut exanimant. Nonnullis usque adeo noxij spiritus dicuntur ex oculis vibrari, ut vires adamant, & florantibus annis senilem inducant maciem. Regulum (inquit Levin. Lemn. ubi supr. lib. 4. cap. 12.) visu obvius quosque percutere: in seculo corpore, atque oculis vibrantibus, quibus obvius contagione conficit. De Lepore marino, cuius fucce Titum interfecit Domitianus, ut refert Cael. Rhodigin. lib. 30. cap. 16. Venenum est etiam visus: inquit Plin. lib. 32. cap. 1. Quid quod Lupus obvius occurrentibus admittit vocem? Ruscadinem stat: subdit, ubi dudum Lemnius. Si asperæ arteriæ præfens huiusmodi alteratio, faciliores oculi in receptionem nocivæ qualitatis. Quid oculis in damnum, dum frustionem & testudinum datur activitas ova fovendi? Ita Nancelius ubi supr. Problem. de Visione.

47 Quid effectus est singulares ex fascino; modo mirabiliores è veneno oculorum narrent & viri docti? Ipse qui negat fascino, Delrius in Magic. disquisit. concedit, p. 2. Adag. 231. In illud Proverb. 23. 31. Sicut regulus venena diffundet, subdit: Similitudo posita in noxa, quae aspectu hauritur: ideo dicit, Ne intuearis. Apponit exemplum in cerate, seu Catoblepa (de qua supr. & Solin. cap. 30.) qui cap. 33. dicit: Aspectu pestilenti. Idem testatur Delr. ibid. Adag. 449. in illud Eccli. 21. 2. Quasi à facie colubri fuge peccata. Ubi: Vox colubri non est restringenda ad certam angulum speciem: pertinet ad plura, maxime quae solo aspectu necant: ideo dicit, A facie. Vita vel occusum solum, ne videas, aut videare. Postquam illustrat testimonium ex Alexand. Myndio lib. 2. Hist. Et Gorgon. pecud. & quadrup. exemplo Gorgonis bellæ Lybiae aspectu cuncta proferentis, de qua nobis Tautolog. 9. D. 2. num. 7. prodit & lepidè: Si vera, habes efficacem probationem physicae fascinationis, de qua differui in Magic. disquisit. Utimur suffragio. Videtur in bestia verum, quod ab Ovidio factum lib. 4. Metamorph. de quo Natal. Com. hic & in Mytholog. lib. 7. cap. 12. Unde de Gorgonibus Æschilus in Prometheus, verf. 772.

Sunt tres sorores bis volucres non procul, Serpentibus dirisque compta Gorgones, Quas intuens nemo diu expiraverit.

Idem Tzetz. ubi supr. Hist. 22. & La-Zerda in 6. Aneid. Virgil. verf. 289. num. 6.

48 Lac in mamillis lapidescere, ubi non emungitur, prodit Lemnius ubi supr. Insuper dari venena nonnulla, quae sanguinem congelando enecare solent: inquit Paul. Zachias lib. 7. tit. 4. q. 4. n. 12. Quin & alia quae tantæ virtutis sunt, ut ipsa viscera in saxeam naturam vertant. Canit Ovidius lib. 15. Metam. f. 17.

Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddidit viscera, quod tactis inducit marmoræ rebus.

De Magnete albo (de quo Plin. lib. 36. cap. 16. asserit abigere ferrum) pethibet Cardanus de Subtilit. lib. 7. & Osterman. sect. 10. Axiolog. 8. quod si acus illi affricetur, & per carnem ingeratur, ictus neque in carne neque in cute dolorem sentit. Vid. Tom. 3. T. aut. 10. D. 3. n. 6. Cardanus in fe periculum fecisse affirmat, & sine ullo dolore. Non credimus, etsi viderimus præfugitantes gladij cuspidè illa transverberare, & adhibito unguine, statim sanos; quippe impossibile, carnis continuatæ scissuram sine animalis dolore, nec sine illo vulnerantur; sed ista peragunt, ut præstantiam medicina pro vulneribus commendent. Sequitur Gaffarelus Cardanus sine rædio, quasi placerent sola deliria in suis Cæstrostratibus inauditis, seu potius fatuitatibus, pro diversione circulatorum, agritarum (vernaculè: Titiriteros) igitur cap. 5. num. 1. inquit: Datur adamantinum genus, cui si cul-tellum, aut acum affricet, eo corpus humanum (cur non equinum) scicare ab seque ullo dolore potes. Hæc exhibitari possunt, cum nequeant fieri neque à natura, neque ab arte, ut optime astruit Zachias ibid. n. ulc. Ergo fascino.

49 Ibidem Zachias num. 3. stabilit fascinationem inter bruta: siquidem Hyæna fascino fascinat canes, & hominibus vim soporiferam infert, ut ait Alianus lib. 6. de Animal. inter bruta, cap.

Porte

Sanct.

Lev. Lemn. Lepus Marinus virtutentur. Plin. Lev. Lemn. Etiam basilitus lapid.

Cerafæ et fascino. Delt.

Solin.

Et Gorgon.

Delt.

Æschyl.

Varij effectus naturæ fascino insignioret.

Ovid.

Proprietates magnetis albi.

Vulnus sine dolore ex instramento? Gaffarel.

Fascinum inter bruta, cap.